UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Disputatio || excellentium. D. doctoru[m] Iohannis Eccij & || Andre[a]e Carolostadij q[uae] cepta est Lipsi[a]e || XXVII. Iunij. An. M.D.XIX.

Eck, Johannes
Karlstadt, Andreas

[Erfurt], 1519

VD16 E 320

Mar: Luttherus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32477

Visual Library

¶ Anteq̃ ad auctoritates a me oppoſitas veniam breuiter diſcurrā que egre=
d.d. de heſterna et hodierna reſpōſione mea cōmiſcuit. Ubi inter cetera tanq̃
cōſumptis om̄ib: armis deſperans. in vnū articulū Conſtantien: cōcilij extre=
mū fiducie preſidiū collocat. et ocioſiſſime repetit et inculcat quaſi nō abunde
ſatis ſupra ad ipſum ſit rn̄ſum. Dicam tñ adhuc ſemel.

¶ Quando articulus de opibus hoīm inter damnatos recenſetur. et a ſancto
Paulo et Auguſtino aſſerit̃ deinde p Gregoriū Ariminen: p om̄es vniuerſita=
tes vſq̃ hodie defendit̃ nō mouebor ocioſiſſ: inculcationib: hui⁹ articuli donec
egre: d.d. pbauerit conciliū non poſſe errare. non erraſſe. aut etiā non errare.
cum conciliū facere ius diuinū non poſſit. ex eo q̄ natura ſua non eſt ius diui=
nū. ideo neq̃ hereticū eſt niſi qđ ꝯtra ius diuinū eſt. hec p iſto articulo.

¶ Quod Chriſoſtomū legitime deſtitutū carpit nō intellexit me. cū clare dixe=
rim hodie poteſtatē ordinandi et deſtituendi epiſcopi fuiſſe legitimā in beato
Cypriano et Theophilo quanq̃ an bene tum vſi ſint an male hac poteſtate
legitima nihil diſputauerit. Sufficit mihi q̄ citra auctoritatē Roma: pontifi=
tot ſancti et celeberrimi viri Grecie catholiciſſimi non ſchiſmatici poteſtatem
habuerūt ordinandi et deſtituendi epiſcopos. Eleuat etiam egregie q̄ anti=
quos ſanctos inſimulauerim ambitionis. nec attendit q̄ dixi etiā in apoſtolis
hanc fragilitatē fuiſſe p̄nte Chriſtiano.

¶ Quod platynā ita nūc magnifacit aduerſus ſanctū Grego: mea auctorita=
te. ſatis claret cuilibet vel mediocriter ingenioſo qđ concludat. Ego eñ ex pla=
tyna hyſtorias accipio et non amplius. q̄ aūt idem Platyna rationes quaſdā
adducit. reſpuo ꝓpter auctoritatē Grego: Iriam.

¶ Jam illud tranſeo q̄ Sixtus. victor ſcripſere ſe vl'es pōtifices. et Leoni ac=
clamatū ſit in concilio Calcidonenſi. de quo hodie ſatis dictū eſt. Illud ob=
ſeruandū q̄ ſequētes ponti: dicit egre: d.d. hūilitatis formā in Chriſto ſequu=
tos ſibi rēperaſſe ab hoc noīe qđ ego aliter intelligere nō poſſum quā q̄ cauſa
humilitatis iure diuino detraxerint mendaces et inobedientes facti fuerint. ſi
ius diuinū eſt. hoc eſt. preceptū fuiſſe eos vl'es pontifices Innocentij reſpon=
ſiuam epiſtolā ad Auguſtinū repetens dicit veterem morem fuiſſe conſulendi
Roma: pontifices in his que ſunt fidei. Optime dicit et placet preſertim in la=
tina eccleſia. ſed quid fidei et p̄matui? hoc eſt quid ad ꝓpoſitum?

¶ Cauſatus eſt etiam q̄ exegerim ab eo pbationem ſolutionis de. 20. annis
dupliciter deficit egre: d.d. p̄mo q̄ ipſe fuit opponens ſemi quattuor dies et
hac hora ſolum cepit eſſe reſpondens. Deinde non exegi vt pbaret ſolutionē.
ſed tranſlatum p̄matū cum Petro.

¶ Excutiens ſe etiam de Cephe q̄ Petrus interpretat̃ apud Johannē adhuc
ꝑſiſtit in eo q̄ Petrus etiā ſignificet caput domus quaſi videlicet Johannes
greci īꝑſtatur⁹ Euāgeliū. nō grece ſed Caldaice ſit loquut⁹. ne forte itelligeret.

¶ Uerbum paſce ſic accipit vt cōſtitutionē vl'is paſtoris ſcare velit et ad hoc
Gregorij: Ambroſi: Chryſoſto: heri non allegatos ad quos ego nihil dixerim.
Dicam ḡ nunc ſi fui oblitus et ſimul oppono regulā diui Auguſtini. q̄ omniū
ſcriptoꝝ dicta iudicanda ſunt p diuinā ſcripturā. cuius eſt maior auctoritas q̄
totius generis humani capacitas non q̄ damnē illuſtriſſ: patrū ſententiā. ſed
q̄ eos imiter qui proxime ſcripture accedunt. et pre om̄ib: ſi aperta fuerit ſcrip=
tura eam ipſam amplector. Cum ergo clarum ſit paſcere vi vocabuli et vſu
ſcripture non ſcare niſi docere. curare oues. ſic petrus accipit vlt: Paſcite qui
in vobis eſt gregem. non oportet vocabulū equiuocare et ſimplicē ſenſum ſine
neceſſitate relinquere. Diſſoluit etiam q̄ dixi eſſe conditionē in verbo Chriſti.
Si diligis me. qñ ego arbitrer non modo conditionē. ſed et pactum eſſe inter
Chrm̄ et Petrum dum ille dicit Diligis me et hic reſpondet. Amo te. omitto

dialecticã in qua exercitatiſſ: eſt d.d. Et cõiunctionẽ cõdicionalẽ Si. vellẽ au-
dire quid diceret ad Decretalẽ de elec. c. ſignificaſti. Ubi paſchalis pontifex
manifeſte dicit hic conditionẽ eſſe Si ſaltem adeo valet auctoritas Ro: pon-
tificis. ſicut hucuſq̃ contendit. dicit enim ad ſenſum.
¶ At rationẽ meã ſic confutauit ꝙ Petrus non oẽs pauerit q: inquit ꝙ ĩ ſuo
nomie agitur et nos feciſſe dicimur Quanq̃ non credo per hoc d.d. voluiſſe
ſatiſfactũ rationi mee. cum dicere non poſſit Paulũ noĩe Petri predicaſſe. qui
contra ad Ro: primo apoſtolũ ſe dicit pro nomie Chriſti. ꝙ ex eo coniicio. q:
dicit petrũ auctore Clemente ordinaſſe epiſcopos. preſbyteros. diaconos qui
ꝑ totum orbem Euangeliũ ſeminarẽt. inter quos Paulũ non numerat. Sed
hoc videtur ad rem facere ꝙ miſſus a principali non cogit mitti ab ipſius vi-
cario. Hoc admitto ſi fuerit primũ ꝓbatum Petrum eſſe vicarium. Nũc vero
non minus Paulus eſt vicarius q̃ Petrus. vt iam dictum eſt. ꝙ noĩe Chriſti
ſit apoſtolus et ſic tot vicarij quot apoſtoli.

Nunc ad propoſitum.

¶ Ad auctoritatẽ Pauli prime Corin: 3. primũ. dicit Cephe non eſſe de textu
ab initio. Sed in fine memorari. vbi gloſſa fateatur Petrũ maiorẽ oĩb: leui-
culũ hoc eſt. tranſeo. cũ in principio primi cap: vtiq̃ ponatur Cephe.
¶ Secundo dicit aliud nihil q̃ ꝙ nec verbũ nec apex de negatiõe primatus ſit
in textu. ⁊ ſic vult ſolutã iſtam auctoritatẽ. Adiecit tamẽ auctoritate Hierony:
Auguſt: Ambro: Chry: Bernhar: Leo: ⁊c. dicentiũ Petrũ eſſe petrã. contra
que dico et replico hoc ſcd̃m dictũ nihil eſt ad ꝓpoſitum ⁊ ſup̃ ſatis diſputatũ
an Petrus ſit petra. Similiter ⁊ illud non ſoluit ꝙ dicit nullũ verbum. nullũ
apicem eſſe de negatione primatus. ꝙ ſi etiam Hiero: cõſtituat caput vt occa:
ſchiſ: tollatur. ſatis robuſte ꝯpugnat text⁹ apertus qui tollit caput vt occaſio
ſchiſmatis tollatur Dicit eñ quid Paulus: quid Apollo: volẽs ſolum Chrm̃
eſſe caput quo vere tollitur oẽ ſchiſma nõ eſt mihi ſatiſfactũ ſic ad rñſionem.
¶ Ad auctoritatẽ Galatas. 2. dicit quidẽ apoſtolus oẽs equales quod et
Hiero: ⁊ can: In nouo. teſtant. Sed aliud eſſe poteſtatẽ regiminis ⁊ admini-
ſtratiõis his tribus verbis Soluere tantã auctoritatẽ eſt mihi ſatis mirabile.
ſed et nec intelligo quid velit quõ diſtiguat regimẽ ⁊ adminiſtrationẽ Qd̕ aũt
dixit Paulũ aſcendiſſe cũ Tito ad Petrũ vt conferat Euang: cum eis. clarum
eſt textu precedenti et ſequenti. vt et Hiero: ipſe exponit. nõ hoc feciſſe Pau-
lũ vt conſuleret Petrũ ſuper Euangeliũ. qd̕ iam plus. 14. annis p̄dicarat ⁊ nõ
ab homie accepiſſe iactauerat ſed vt pſeudapl̃oꝝ os obſtrueret. Galatas cõ-
firmaret eadem eſſe que ipſe et ceteri apoſtoli predicaſſent.

Eccius.

¶ Qd̕ reuerend⁹ pater articulũ Johan: Huſ de obediẽtia eccl̃iaſtica ꝯmiſcet
alteri articulo de opibus humanoꝝ actuũ auctoritate Grego: Arimi: qui per
oẽs vniuerſitatis defendat. quẽ adhuc in eo loco in nulla vniuerſitate q̃uis
in plurimis fuerim audiui defenſum. petit tñ a me vt ꝓbem ei cõciliũ nõ poſſe
errare. neſcio quid ſibi velit iſta petitio an tacite laudabile ⁊ Cõſtantienſe con-
ciliũ velit hr̃e ſuſpectũ. hoc dico vobis reuerẽ: pater ſi creditis conci: legitime
cõgregatũ errare ⁊ erraſſe eſtis mihi ſicut ethnicus ⁊ publicanus. Quid ſit he-
reticus in pñtia non diſcutiam.
¶ De Chryſoſto: non vult eius expulſionẽ ſe iuſtificaſſe ſed ordinationẽ epõꝝ
a Niceno ꝯcilio inſtitutã laudaſſe placet mihi ꝓ ſ. Chryſoſt: reuerẽtia. Et ſemꝑ
Ro: ponti: in diuerſis nationib: diuerſos ꝑmiſerũt modos epõs eligendi tamẽ
ex Grego: Nazan: ⁊ Chryſoſto: reſtituto ſatis liquet interueniſſe auctoritatem
Ro: ponti: qd̕ ſ. Athanaſius Alexandrin⁹. ſ. Paulus ⁊ alij orientalis eccl: epĩ
teſtant. qui ſe ad Ro: pon: ꝓ reſtitutiõe ꝯtulerũt. Qd̕ in apl̃is quoq̃ quid hu-